2476.

Feria Sexta post Festum Sanctæ Catherinæ Virginis & Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

27/XI.

Wysoczanscy Gumowskie Dubrawskich & alios Quietant atq̃ Statuent.

1765

Comparentes personaliter coram officio et actis præsen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Generosi Thomas et Stephanus Wysoczanscy fratres inter se germani sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus Iuris quibusvis propriis et competentibus recedendo Præsenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim dic[to] pro interesse recognovit. Quia ipsi suo et Generosorum Francisci et Stanislai Wysoczanskich fratrum suorum atq[ue] nunc[upatorum] Ioannis Stephowski Basilij Hmielski Martini Przylulski famulorum itidem suorum pro quorum ratihabitione cavent et se præsentibus inscribunt nomine Generosos Andream Gumowski Andream Michaelem et Franciscum Dubrawskie fratres inter se germanos tum plebeios Zdzieiski Laskow[ski] alii atq[ue] subditos Quindecim totamq[ue] communitatem certarum sortium in Oppido Nowemiasto Lybel de Protestationibus binis prima sub actu Sabbathi post Dominicam Invocavit Quadragesima

lem proximi Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Sex-
to Altera Feria Secunda post Dominicam Jubilate proxima Anno
Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo proxime praesentis coram Actis
Officij praesentis per se Recognoscentes suprascriptosq[ue] filiastros et fa-
mulos suos cum suprascriptis Generosis Dubrawskie et Sumowskie
famulosq[ue] ipsorum ratione certarum violentiarum in hospitio Nobilis
Civitatis Rybelski Recognoscentibus illatarum atq[ue] convulnerationis
et rerum permultarum in Protestatione posteriori Anno Millesimo
Sexcentesimo Septuagesimo facta expressarum et munimentorum
acti receptionis, item de causis et actionibus quibusvis in Judicijs
ratione suprascriptarum violentiarum et convulnerationis ad Officium
Castren[se] Capitan[eale] Praemysliense seu ad quodvis Judicium Regni institutis
et intentatis, atq[ue] de quibusvis Decretis eadem in causa subse-
cutis et prolatis nec non de obductionibus vulnerum generaliter
vero de quibusvis violentiis damnis et iniurijs atq[ue] praetensio-
nibus in universum omnibus ad diem actus praesentis hodierni
intercedentibus ob sufficientem et plenariam praestitam satis-
factionem quietant emittunt dimittunt et liberos absolutosq[ue] faci-
unt et perpetuo pronuntiant. Protestationes easdem item Causas
et actiones atq[ue] processus quosvis Judiciarios eadem in causa per-
ductos nec non et obductiones vulnerum tum et quasvis praeten-
siones ad diem hodiernam intervenientes cassant mortificant
et annihilant. atq[ue] de Decretis quibusvis ratione praemissorum sub-
secutis et prolatis recedunt. Nihilominus iidem suprascripti
Recognoscentes Generosi Thomas et Stephanus Wysoczanscy fra-
tres inter se germani debebunt et tenebuntur prout se ac suos suc-
cessores et super bonis suis generaliter omnibus summisq[ue] pecuni-
arijs quibusvis habitis et habendis iisdem supranominatis An-
dreae Sumowskie Andreae Michaeli et Francisco Dubrawskim
fratribus inter se germanis tum et alijs suprasp[e]cificatis inscribunt

2478

et obligant praesentibus suprascriptos Generosos Franciscum et Stanislaum Wysoczanskich filiastros suos tum Nobiles Joannem Skoplowski Basilium Kmicic Martinum Przyluski famulos itidem suos vel in eventu mortis succesores illorum ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Juxtacautoriam aut similem aliam Suo pro Inscriptione facienda ad Acta quaevis authentica Regni vim et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum Ses septimanarum adducere et personaliter statuere ab eisque vel in eventu mortis Succesoribus illorum ut praemissa debite exequantur efficere. Sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis per eosdem suprascriptos Recognoscentes praenominatis Generosis Gumowski et Dubrawskim tum et alias praenominatis Generosis et eorum posteris ob non statutionem Suprascriptorum filiastrorum et famulorum suorum statuendorum eorum vel in eventu mortis Succesorum illorum ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum Succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxatis et edictis modo praemisso ad solvendum Succumbendis ac pro re aliqua ex praemissis non completa complenda suprascriptique non statutis statuendis Citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Wysoczanscy fratres inter se germani aut eius posteri ad instantiam Suprascriptorum Generosorum Gumowski et Dubrawskich aut eorum Succesorum ad officium praesens Castren Capitan Praemyslien ex nunc reipsa suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare cum parere respondere Satisfacere ac Terrae praefatae Terrea luere inscriptioni huic Satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur sese ac suos Succesores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus. Illum.

terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate studiorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel alijs quibusuis dilatorijs et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Premyslien terminos dilationem sibi non requirendo nullasque monitiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo promissaque omnia poenis simplicibus vel multiplicatis vel similibus suspensionibus fatalibus Juris praeservatione Terrestri vel Lothconventione ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo evadendo Harum sua praesenti personali recognitione ad promissa mediante.

Winnicki & Borowski Krynickiego Quietant & Vnus Statuet Consortem.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Nobiles Gabriel Winnicki et Albertus Borowski sani mentibus et corporibus existentes a Jemis Districtibus Juribus Jurisdictionibus quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum suis bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie submittendo atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim recognovit. Quia ipsi et quidem supra Jemis Nobilis Albertus Borowski suo et Nobilis Anna